



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

38. De providentia in Sacramentorum institutione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

MEDITATIO XXXVIII.

De Providentia in Sacramentorum institutione.

Aureum candelabrum representat Ecclesi-
am; Super caput ejus lampas; quæ est Chari-
stus: & Circum septem lucernæ, quæ est mul-
tudo fidelium. Infusoria autem aurea etiam
septem, quæ sunt Ecclesiæ Sacramenta, vasa di-
vinæ gratiæ, ad sanandos morbos, & ad robo-
randos, perficiendosque fideles.

Zach.
4. 2.

PUNCTUM PRIMUM.

Particulares ac proprii fines cujusque Sacra-
menti considerentur. Finis.

PUNCTUM II.

Excellentia Sacramentorum novæ legis. 1. Excel-
lentia. Quod non sint egena elementa, ut antiqua,
sed gratiam continent, & conferunt, quam si-
gnificant. 2. Quod faciunt ex attrito contri-
tum, supplendo defectum contritionis. 3. Ex o-
pere operato dant gratiam, ita ut præter gratiam
respondentem actibus suscipientis detur pro-
pria, ratione Sacramenti.

Gal. 4. 9.
2

PUNCTUM III.

Offeruntur omnibus pro cuiusque indigen-
tia: sunt vasa, non vitrea, & fragilia, sed
aurea & solida semper duratura: nunquam de-
ficiet in eis oleum, & gratia quam continent,
quamvis innumeris hominibus conferantur: si-

4. Reg. 4. 6. Me salu Sap 10a. 3. Heb 6. Ad 12. cut oleum pauperis viduæ propter verbum E-
lilæi. *Nunquam cessavit fluere, quamdiu fue-
runt vasa vacua, in quibus reciperetur. Possunt
etiam frequentari ad augmentum gratiæ.*

MEDITATIO XXXIX.

*De providentia in institutione vene-
rabilis Sacramenti.*

PUNCTUM PRIMUM.

Collatio cū lig- no vitæ. **C**onferam cum providentia erga Adamum quando præter tot alias arbores, dedit *Li-
gnum vitæ*, quo posset non mori : at multò hoc præstantius, quod dat vitam animæ, & est simile cœlesti, *Reddenti fructus duodecim per singulos menses, & folia illius ad sanitatem gentium.* Nam in hoc Sacramento Christus ipse sumitur. *Qui est via, veritas & vita: & esus il-
lius parit in nobis duodecim fructus Spiritus: qui sunt Charitas, &c.* Folia autem, id est, ver-
ba de hoc Sacramento, ut ait Christus, *Spiri-
tus & vita sunt*, ad sanitatem gentium.

PUNCTUM II.

2. Cum Manna. **C**onferam cum providentia erga filios Isra-
cël, quibus dedit *Manna panem de cœlo &*
panem Angelorum eorum ministerio præpara-
tum. At hic verus de cœlo est, & Spiritus san-
cti opera paratus in utero Virginis : manna e-
rat ut *Ros, minutum, & in similitudinem pruinæ*

6A-

Me
salu
Sap
10a.
3.
Heb
6.
Ad
12.

Rom
4.

Ecc
una